



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

De offertorio & aliis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

tionis propriæ Ecclesiæ, & per Octavam. In die Consecrationis Ecclesiæ, vel Altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est Ecclesia, & ubi habetur Corpus, vel insignis reliquia Sancti, de quo agitur. In die Creationis & Coronationis summi Pontificis, & in Anniversario ejusdem diei. In die & in Anniversario electionis & consecrationis Episcopi. Item in omnibus festis, quæ in Dominicis, & infra Octavas celebrantur, in quibus ratione Dominicæ & Octavæ dici debet. Item in festo Patroni alicujus loci, vel tituli Ecclesiæ, (non autem alicujus Capellæ vel Altaris) & in festis principalibus Ordinum, & pereorum Octavas, in Ecclesiis tantum illius Ordinis. Item dicitur *Credo*, in Missis Votivis, quæ solemniter pro re gravi, vel propria Ecclesiæ causa celebrantur.

**DB OFFERTORIO, SECRETIS,
Prafationibus & Canone.**

XII.

1. Post Symbolum, vel si non fit dicendum, post Evangelium dicitur *Dominus*

minus vobiscum. Oremus, deinde Offertori-
um, posteā fit oblatio cum Orationibus,
ut in ordine Missæ. Quā oblatione fa-
ctā, dicuntur Orationes secreta secundūm
numerum Orationum, quæ clarā voce
in principio dictæ sunt: sed ante primam
Orationem non dicitur Dominus vobis-
cum, nec aliquid aliud, sed dicto: Suscipiat
Dominus sacrificium, absolutè dicuntur:
neque etiam ante secundam Orationem
dicitur Oremus. Terminatur autem pri-
ma & ultima Oratio, ut dictum est su-
prā in Rubrica de Orationibus: & secre-
tō dicuntur usque ad illa verba in con-
clusionē, Per omnia sacula saclorum, quæ
clarā voce proferuntur, & incipit
Prefatio.

2. Præfationes autem dicuntur ut in
ordine Missæ adnotatum est: & quæ in
Quadragesima, Tempore Passionis, &
Paschali, & infra Octavas propriæ asig-
nantur, dicuntur etiam in Dominicis &
Festis, quæ illis temporibus celebra-
tur: nisi illa Festa propriam Præfatio-
nem habeant.

3. Si infra Octavam alicujus Festi,
quod habet Præfationem propriam, oc-
currat festum ex majoribus non habens
pro-

propriam Præfationem , dicitur Præfatio de Octava , quamvis de ea nulla fiat commemoratio in Missa.

4. In Missis Votivis dicitur etiam Præfatio propria , si propriam habeant : si verò non habuerint , dicitur Præfatio de Tempore , vel Octava infra quam contigerit hujusmodi Missas celebrari : alioquin Præfatio communis . Et quando aliqua Missa Votiva pro causa publica solemniter celebratur , dicitur in cantu solenni , ut in Duplicibus . In Missis Defunctorum quocunq; tempore semper dicitur Præfatio communis .

5. Post Præfationem incipitur Canon Missæ secreto , in quo serventur omnia ut in Ordine Missæ . Ubi verò infra actionem , Communicantes , &c , Hanc igitur , vel alia variari contingit , suo loco in propriis Missis adnotatur .

**DE COMMUNIONE , ORATIONIBVS
post Communionem . Ite Missa est , vel Benedicamus Domino , de Benedictione , & Evangelio S. Ioannis .**

XIII.

1. Expleto Canone , & aliis omnibus usque